

tota Ecclesia latis.²⁸ Postea Vicarii Apostolici exigunt omnes obligationes parochorum a Franciscanis in cura pastorali, nomine parochorum eos appellant, non vero missionariorum. Episcopus Dragičević conqueritur apud S. C. de Propaganda fide de provinciali Bosnae Argentinae fr. Mar-
co Dobretić, qui parochos amodo missionarios vocari praecepit, parochias vero stationes missionarias, capellanos autem seu coadjutores cathehistas nominavit.²⁹ Ipse insurgit contra talem agendi modum, quia sic parochi effugere possent onera sui ministerii.³⁰ Episcopus vero fr. Raphael Ba-
rišić non semel S. C. de Propaganda fide scripsit in Bosna

²⁸ Inspiantur Acta S. Congregationis occasione emanationis decretorum a. 1624, 1645, 1658, praecipue 1673, 1676 de quibus jam suo loco locuti sumus; deinde defensionem jurium episcopalium episcopi Ogramić, Archivum Prop., Scrit. Orig. Rif. a. 1672, v. 436, f. 365r—366v.

²⁹ Fr. Marcus Dobretić, qui fuit primus provincialis divisae provinciae Bosnae post a. 1757, qui et theologiam moralem sacramentalem lingua croatica conscripsit, vidi rationem missionis in Bosna in eo quod non existebant ibi parochiae beneficiatae cum certis proventibus et parochis inamovibiliibus. Sic tenebat primo qua provincialis, et postea ut Vicarius Apostolicus. Ita in sua prima relatione ad S. C. de Propaganda fide scribit: »Parochi prae-
fatarum 32 parochiarum omnes sunt amovibles ad nutum episcopi et reli-
gionis simul cummulative, non vero privative, nam nec episcopus sine Reli-
gione, nec Religio sine Episcopo potest levare parochum. Unde nec vere
parochi dicendi sunt, sed simplices missionarii; cum nihil absolute beneficij
determinati habeant, sed puris emendicatis et collectis a suis parochianis
sustentantur ipsi et socii eorum« (Archivum Prop., Scrit. Orig. Rif.
1775, v. 841, f. 89r ss). Eadem expressionem postea alii Vicarii Apostolici
transcribunt ad verbum; procul dubio hanc Dobretić relationem pro exem-
plari tenebant. Ita cfr. relationem Ilijić apud Jelenić, Izvori, 91.

³⁰ »Ancora per abbagliare la vista di chi non lo sa... han dichiarati tutti e ciascheduno paroco *missionario* nella sua parrocchia mutando loro nome di parroco in nome di semplice amministratore e i compagni di que-
sti dove sono, col nome di catechisti«. Et iterum observat ad responsum
provinciae missum S. Congregationi: »Che nella prima parte di questa loro
risposta sarebbe da osservarsi la particola posta »pro illa missione« (i. e.
pro parochia Ljubuški) con cui la saviezza di questi PP. pretende di po-
ter accoppiare il nome di missionario con quello del parroco per dire, che
parocco è l' istesso in Bosna che il Missionario per scarazzare l' obbligo
delle fatighe senza l' acquisto certo delle limosine, con quelle dei soli par-
rochi, i quali non sono senza guadagno«. (Archivum Prop., Scrit.
Orig. Rif. in Cong. Part. 1760, v. 126, f. 80r; 83v). Ille ergo non vult iden-
tificare parochos in Bosna cum missionariis; minus tamen recte interpretatur